

& aliud rursus affunde, donec omnis tinctura extracta sit. Tunc guttatim funde olei tartari q. s. super acetum coloratum, donec omne sulphur narcoticum, ad fundum, sit præcipitatum: à quo omnis acrimonia, repetitis ablutionibus, segreganda: post ipsum siccandum, & ad usum asservandum.

Insigne est anodynon, & reliquis omnibus meritò anteferendum: quodq; Paracelsus summopere commendat, & magni æstimat.

PANACEA ALIA FAMOSISSIMA.

Recipe cinnabaris mineralis veræ q. s. Redige in alcohol, super marmore. Post inde in catinum triquetrum, mediocris capacitatis, superimposito operculo concavo, circa commissuras bene lutato, quod operculum in medio foramen habeat exiguum. Superimpone adhuc alium catinum triquetrum, & hermeticè juncturas claude. Postea institue sublimationem, prunis subjectis. Quod in summo sublimatum inveneris, abjice, tanquam venenum cinnabaris arsenicale: quodq; in fundo restat, similiter abjice, utpote terram mineralem inutilem. Quod verò operculo illi adhæserit, sive in convexâ, sive alterâ parte, diligenter collige, pulve-

For Jan AnWaldin.
vid. Basil. Coll.
p. 195.